Fragmentarium



INCIP' PREFATIO HIER' P'BRI. IN EXPOSITI
ONIS DANIELIS P'PHE.

CONTRA P'PHAM DANIELEM LIBRU' SCRIPSIT
porfirius. nolens eum ab ipso cuius scriptus ē noīe
compositum. sed a quodam qui tp̄ib, antiochi qui
appellatus ē epyphanes fuer' in iudea. et non tam
danielem uentura dixisse. quā illū narrasse p̄terita.
Deniq; qcqd usq; ad antiochum duxerit. uerum historia contine-
re. Siquid autē ultra oppinatus sit. quia futura nescierit ēē mēti-
tum. Cui solertissime responder' eusebius cesariensis ep̄s tribus
uoluminib, XVIIII.mo & XVIIII.mo & XX.mo Apolenaris uno grandi libro
hoc est XX.mo VI.to et an̄ os ex parte methodius. Uerum quia nob' p̄posi-
tū est non aduersarii calumpniis respondere. que longo sermone
indigent. sed ea que a p̄pha dicta sunt. nr̄is disserere id est xp̄ianis.
Illud p̄fatione comoneo nullum p̄phar̄ tam apte dixisse de xp̄o.
Non enī solum scribit eum ēē uenturū q; ē cōmune cū cetis. sed quo
tp̄r uenturis sit docet. et reges p ordinem digerit. et annos enuāt.
et manifestissima signa p̄nuntiat. Que quia uidit porphirius.
uniuersa copleta et transacta. negare non poterat superatus histo
rie ueritate. in hac p̄rupit calūpniā ut que in consumatione mundi
de antixp̄o futura dn̄r p̄pt gestorum in quib, dam similitudinē
sub antiocho epyphane impleta contendat. Cuius inpugnatio
testimoniū ueritatis ē. Tanta enī dictor̄ fides fuit. ut p̄pha incre
dulis hominib, non uideat' futura dixisse. sed narrasse p̄terita.
Et tam̄ sic ubi se occasio in explanatione eiusdē uoluminibus
dedert'. calūpnie illius stricti respondere conabor. & philosophie
artib, immo malitie sclar̄ p quā subuertere nitit' ueritatē. et qb, dā
p̄stigiis clarum oculor̄ lum̄ auferre. explanatione simplici con
traire. Itaq; obsecro uos pammachi. filomathe sathe et marcella
unicum rome scitatis exemplar. iunctus fide et sanguine. ut cona-
tus meo sīo mīb, adiuetis. Et dn̄s atq; saluator p causa suo sensui
meo ore respondeat. qui loquitur ad p̄pham. ap̄i os tuum et im
plebo illud. Si enī cum app̄hensi fuerimus ant̄ iudices et tribunal
ammonet ne cogitemus quid respondere ualeamus. quanto magis
contra aduersarios blasphemantes sua potest bella bellare. & in
seruis suis uincere. Unde et psalmi plurimi illud hebrahicū quod

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat 168, f. 1r – St. Bonaventure, Commentaria in quatuor libros Sententiarum (https://fragmentarium.ms/view/page/F-jeu7/8909/67029)